



**R. P. Lvcæ Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia  
Spiritvalia Qvadraginta, De Sacrosancto Eucharistiæ  
Sacramento**

**Pinelli, Luca**

**Coloniae, 1608**

De methode orationem quadraginta horarum vtiliter instituendi. Capvt III.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59691)

PROAEMIVM.

Quarta conditio est, quod fiat coram venerabili Sacramento, quod eo tempore foras extra tabernaculum exponiatur, ut supplicationes singulorum excipiat, & quæ postulant, eiſ largiatur. Multum enim ad perfectā orationem inuitat, sanctissimi Eucharistiae Sacramenti conspectus: in illius enim praesentia populus est modestior, deuotior, attentior atque ferventior: ideoq; oratio sic fusa ad impetranda quæ petimus, efficacissima est.

Quinta & vltima conditio est: quod oratio quadraginta horarum propter quadragenarium numerum, in sacris literis, vti antea exposuimus, celebra tissimum, & multis mysterijs grauidum, mystica sit.

*De methodo orationem quadraginta  
horarum utiliter insti-  
tuendi.*

C A P V T . III.

**C**VM exercitium hoc, vri paulò ante declarauimus, DE O grātissimum, & nobis fructuofssi-

## PRO AEMI V M.

mum sit, condecens etiam est, ut à nobis  
benè ac rectè fiat. Ad illud autem rectè  
peragendum duo necessaria sunt. Pri-  
mum est locus commodus, pius, & or-  
natus competenti numero cādelarum,  
& imaginum eārum maximē quā Do-  
minicæ Passionis mysteria repræsen-  
tant: in quo nullus sit inconditus stre-  
pitus, viri separati sint à mulieribus,  
magius sit hominum ad orationem fa-  
ciendam confluxus, ubi demum sermo-  
nes aliqui breues, qui populum ad de-  
tentionem & meditationem excitent,  
habeantur. Alterum ad orationem qua-  
draginta horarum rectè instituendam  
necessarium, est deuotio, sine qua ora-  
tio languet. Ad excitandam verò in  
nobis hanc deuotionem, & tempus quo  
ibi moram facimus utiliter & cum ali-  
qua rerum diuinorum gustu expenden-  
dum, præsentem composui libellum,  
ut in eo vnicuique materiam in sancto  
hoc exercitio quantum velit moram  
trahendi suppeditarem.

Super omnia verò plurimum prodest  
ad hanc orationem accedere munda  
cum conscientia, & ab omni peccato li-  
bera,

## PROAEMIUM.

bera, ideoque bonum esset, prius confi-  
teri, aut de peccatis ut in minimum conte-  
ri, sic enim in gratiam DEI homo redit  
& facilius exauditur. Laudabile præte-  
rea foret, ut ad Ecclesiam orationis fa-  
ciendæ gratia pergens, Angelum custo-  
dem, aut alium ex Sanctis ad quem spe-  
ciali deuotione afficeretur, inuocaret,  
ad assistendum sibi in sancto hoc exer-  
citio: Et ut breuiter concludam, quo  
quis alacrius, & feruentius orationem  
suam peregerit, eò facilius exaudietur.

*Authoris in praesenti Libello intentio.*

## CAPVT IV.

**I**ntentio mea, in hoc opusculo (a  
mice Lector) est, illis opitulari, qui  
ad orationem quadraginta horarum  
re ete instituendam iuuari cupiunt. Et  
quia mentis euagatio nostras orationes  
inutiles & insipidas reddit: ea autem, ut  
plurimum inde accidit, quod intelle-  
ctus noster rerum considerandarum co-  
pia destituatur, idcirco exercitia qua-  
dam